

De spectris – Von den Gespenstern

Ludwig Lavater (1527 – 1586)

Übersetzen Sie den Text in gutes Deutsch.

In seinem sogenannten «Gespensterbuch» erklärt der Zürcher Theologe Ludwig Lavater 1569 den Standpunkt der reformierten Kirche zum Thema Spukphänomene.

1 Interdum iuvenes hilares et iocosi vestes induunt, quibus diabolos referant¹, vel alioqui linteaminibus² sese involvunt ad alios terrendum. In quos si simplices homines incidunt³, non dubitant, quin malos spiritus aut spectra quaedam conspexerint. Usitatum est, ut iuvenes iocosi unā iter
5 facientes noctu in diversoriis⁴ funem⁵ alligent spondae vel stragulae vesti⁶ vel sub sponda⁷ se abscondant seque spectrum aut umbram esse simulantes alios ludificent.

Accidit apud nos Tiguri⁸, ut iuvenes hilares mutato habitu in campo ecclesiastico⁹ choreas duxerint¹⁰ et unus ex illis ossibus¹¹ pheretrum¹²
10 instar¹³ tympani pulsarit¹⁴. Quidam his visis mox per totam urbem divulgaverunt¹⁵ se mortuorum choream vidisse periculumque esse, ne maxima pestis mox subsecutura sit.

¹ referre +Akk. – sich beziehen auf, hier: erinnern an, wirken wie

² linteamen, -inis n. - Leinentuch

³ simplices homines, si in quos incidunt, non dubitant...

⁴ diversorium, -i - Gasthaus

⁵ funis, -is m. - Seil

⁶ stragula vestis – Decke, Teppich

⁷ sponda, -ae f. - Bett

⁸ Tigurum, -i n. – damals gebräuchliche Form des Städtenamens

⁹ campus ecclesiasticus - Kirchhof

¹⁰ choreas ducere – tanzen (wörtl. «Tänze führen»)

¹¹ illis bezieht sich auf iuvenes, nicht auf ossibus.

¹² pheretrum, -i = feretrum, -i – Bahre, hier wohl: Sarg

¹³ instar +Gen. – gerade wie

¹⁴ pulsarit = pulsaverit

¹⁵ divulgaverunt = divulgaverunt

Ad haec omnes norunt¹⁶ scorta¹⁷ et scortatores sub hoc praetextu interdum longo tempore rebus venereis¹⁸ operam dedisse¹⁹ et domesticis²⁰ 15 persuasisse lemures²¹ in domo vagari, ne ipsi ἐπ' αὐτοφώρῳ²² deprehendi possent, sed optatis amoribus fruerentur. Non semel tales spiritus a magistratibus comprehensi et publica infamia affecti sunt.

Fures quoque sub hoc praetextu saepe nocturno tempore alios expilarunt²³, qui, cum putarent²⁴ se audire spectra, fures illos non abegerunt. De hoc 20 nihil dicam, quod malus spiritus per res naturales, quarum mirandas virtutes novit, mira efficere hominumque sensus fallere potest.

Fragen zum Text

1. Welche Menschen geben sich als Geister aus und warum?
2. Finden Sie für jeden Absatz einen passenden Titel.
3. Warum fürchteten die Zürcher einen Seuchenausbruch?
4. Lavater stellt die Existenz von Geistwesen nicht generell in Abrede. Markieren Sie die Stelle im Text, in der das zum Ausdruck kommt.



Titelblatt einer Ausgabe des
Gespensterbuchs,
Leiden 1659
Angeboten an einer Auktion in Brüssel,
2022

¹⁶ norunt = noverunt

¹⁷ scortum, -i n. – Dirne, Hure

¹⁸ venereus = venerius, -a, -um - unzüchtig

¹⁹ operam dare – sich betätigen

²⁰ domesticus, -i m – *hier*: Hausbewohner

²¹ lemures = spectra

²² ἐπ' αὐτοφώρῳ - in flagranti

²³ expilarunt = expilaverunt

²⁴ putarent = putaverunt